



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Convulsio Calvniarvm Vlrichi Veleni Minhoniensis,
quib[us] Petru[m] nunq[uam] Romæ fuisse caullatur**

Fisher, John

Antvverpiae, 1522

Calvniae Dvodevigesimae Svmma.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35690

• Nō difficile est exinde diuinare, quātū illis p̄clite fuerit,
 • quæ hodie de Petro feruntur, cōfingere, cū eorū tempore
 • nullā certā habeam⁹ historiā. præter cōmēticias illas aliq̄
 • de Petro, & paulo passiones, quæ adeo sibi non constant,
 • vt oibus etiā tacentib⁹, ipsæ se satis confitent, præsertim
 • quæ Græcorū linguagio cōscriptæ sunt. Quod vel solū
 • argumento esse possit, eas falsissimas esse, cū hæc natio ab
 • oibus passim scriptoribus in historia mendacij accuset̄. Lu
 • nenale dicente. Quicquid audet Græcia mendax in his
 • toria, Et alibi nō sine ioco mendacem græculū nominat.
 • Et breuiter nemo miretur hoc apertissimū mendaciū su
 • os patronos habere, cū non desint etiā, qui Tusciam patri
 • moniū Petri appellent, qua voce nunq̄ delirius dici, aut
 • cogitari aliquid potuit. Et Plinius haud ignobilis author,
 • nullum tam impudens mendacium inueniri dicit, quod
 • teste careret.

CALVMNIAE DVODEVI GESIMAE SVMMA.

NE quis miretur, vnde tantus error obrepserit i eccle
 siam, non desunt aliq̄ similes hui⁹, quos ostendere pos
 sumus, haud dissimiliter emeruisse. Et vn⁹ imprimis
 est de primatu papæ, cui nunc oēs assentiuntur, haud aliter
 q̄ articulo fidei. At cui quæso credibile est, ecclesiā, quā ege
 nus constituit Christus, quancp̄ oim facile paup̄imi auxere
 apostoli, opibus ditari oportere, vnū in ea cæteris oib⁹ dñā
 ri, imo ecclesiā nō aliud q̄ tyrannidē fieri debere. Ali⁹ insup
 huic haud longe dissimilis est, de donatione, p̄ Constantiū
 Cæsarem, Syluestro facta, quā nullus hodie nō credit e po
 pulo, resistentibus tñ oibus historiographis, rationibusq̄ re
 probrantib⁹. Ex ijs nimirū diuinare licet, quē in modū & p̄
 dictus error de Petri pontificatu confictus sit, & maxime
 quum eorū temporū nullā certā habeamus historiā, nisi quæ
 vel a Græcis cōscripta sit, vel quæ cū alijs plusq̄ ex diametro
 pugnet. Qm̄ igitur græcorū natio, passim ab omnib⁹ scrip
 toribus in historia, mendacij accusetur, non est cur eorū tel

imonijs in hac te fidem habeamus,

RESPONSIO.

ERror fuerit necne, quod de primatu summi pontificis, aut de donatione per Constantinū Syluestro facta, plerique credūt, non est pntis opusculi differere, sed productius volumen id negocij postulat. Nos etiā inter confutandū articulos (quos Lutherus asserere molitus est) penitus enervasse putam⁹, quicquid aduersus primatū Papæ, Lutherus attulerit, vt iam nō erit opus, quicq̄ in ea re copiosius dicere. Porro quantū ad petri sedē spectat, non video, cur ea res cōmenticia dici queat, quā autores habeat grauissimos ac spectatissimos, & eosdē vicinos apostolorū temporibus, de quib⁹ omnino nulla suspitionis ansa capi pōt, cur voluissent istud cōfingere. Sed & græcis, cur in hac parte fides adhiberi non debeat, ratione prorsus oī caret. Quid enim si profani græcorū scriptores, mēdaces habitū fuerint, num & sacri pariter eodē vicio laborare putandī sunt? Absit. Nam quū ex Christianismo veritatē hī professi sint, q̄ credi possunt mendacia Christianis legenda tradidisse? Sed neq̄, p̄bilitatē vllam habet, græcos quātūvis profanissimos, voluisse cōminisci, q̄ Petrus relicta Græcia Romā se conferret, cathedram ibi posituurs, quum ea res totius Græcię gloriam obscureret haud mediocriter. Quamobrem & græcis in hac re potissimum est adhibenda fides. Cæterum nos & græcos & latinos, huiusce rei testes iuratissimos, in mediū afferemus.

TERTULLIANVS imprimis autor grauis, & ipse latinus, Apostolorū quoq̄ vicin⁹ temporibus, in libro de præscriptionibus hæreticorū, hanc rem testatur, inquit, Percurre ecclesias apostolicas, apud quas ipse adhuc cathedræ apostolorū suis locis præsentur, apud quas ipsę authenticę literæ eorū recitantur, sonantes vocem, repræsentantes faciem. Proxima est tibi Achaia, habes Corinthum. Si nō longe es a Macedonia, habes Philippos. Si potes in Asiam tendere, habes Ephesum. Si autē Italiā adijceris, habes Ro,

Tertullia.